



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Vita Venerabilis Yolanda Priorissae Ad Mariae Vallem in  
Ducatu Luciliburgensi**

**Wiltheim, Alexandre**

**Antuerpiae, 1674**

Ad Lectorem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11873**

A D  
LECTOREM.

**S**cripsit de *Vita Yolandæ Her-*  
*mannus Cœnobita Ordinis D. Do-*  
*minici*, ut in *Notationibus monui.*  
Exstat eius codex ad *MARIÆ*  
*Vallēm membranaceus*, antiquā manu  
exaratus. Constat rhythmis perpetuis  
Germanicis, sed dialecto vetere, &  
quæ minimum sapiat tria secula. Quos  
Latinæ consuetudini reddendo, ver-  
bum pro verbo ponere minime debui,  
non verborum, sed rerum interpres.  
Sententias autem & verborum intel-  
lectum, eâ fide me reddidisse confido,  
quæ summa desiderari potest. Itaque  
si passim occurrant *Yolandæ* aliorum-  
que lacrymæ, si *D. Dominici* aliorum-  
que Sacrorum Ordinum quædam inter-  
se concertatio, & cetera huiusmodi,

memineris, non esse hæc mea, sed Hermanni. Quæ mea sunt, dimidijs quadrantibus ita [ ] efformatis inclusi. Hisce vale, & lege feliciter.

---

## APPROBATIO CENSORIS.

**I**nfrascriptus legi librum cui titulus est. *Vita Venerabilis Yolanda Priorissæ MARIAE Vallis in Ducatu Lucilburgensi, cum Appendice de Margaritæ Henrici VII. Imperatoris sorore eiusdem loci Priorissa, & Genealogia Veterum Comitum Viennensium in Arduenna compositum* à R. P. ALEXANDRO WILTHEMIO Societatis IESU Presbytero, in quo nihil reperi quod Sacræ Romanæ Ecclesiæ aduersetur aut bonis moribus contrarium sit, quin imò multa quæ & Religioni & Historiæ Belgicæ profitura sint, quare utiliter typis evulgandum censeo. Datum Antverpiæ 10. Nov. 1674. in quarum fidem hisce subscripti

AUBERTUS VANDEN EDE I. V. L.  
Canonicus & Archi-Diaconus  
Antverp. Librorum Censor.